



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Humanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 3. Quomodo martyrium confert gratiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

49
Sola voluntas mori-
di pro
Christo, in
iusto suffi-
cit ad mar-
tyrium.

Etiā in
dormiente

Sufficit
voluntas
habitualis.

Non erit
actus For-
titudinis.

Dico Sextò, Sola voluntas subeundi mortem pro Christo videtur sufficere in iusto, vt sit verus Martyr, etiamsi nullum alium actum habuerit. Est communior sententia Doctorem. Ratio est; Quia cum ipsum opus Martyrij, id est, ipsa persectio, habeat hoc priuilegium, vt quasi ex opere operato gratiam conferat, vt colligunt Doctores ex illis verbis Domini Matthæi 10. v. 31. *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in calis est.* & Luc. 9. v. 24. *Qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet illa: in iusto autem sit sufficiens dispositio ad gratiæ infusionem, & nullum impedimentum, necessariò effectum suum in illo habebit. Vnde etiamsi dormiens occidatur, erit Martyr. Quæ ratio etiam probat satis esse credibile, iustum fore Martyrè, si in odium fidei dormiens occidatur, quamuis nihil antea de Martyrio cogitarit: quod insinuat Caietanus infra qu. 87. art. 1. & docent multi recentiores. Nec obstat, quòd Martyrium in adultis debeat esse aliquo modo voluntarium: videtur enim sufficere posse voluntas habitualis, quādo aliunde actualis impeditur; sicut sufficit ad Sacramenti Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis perceptionem. Iustus autem censetur in habitu paratus mori pro Christo, quando necesse fuerit; sicuti habitu cõsetur remedia velle facere salutis, quando fuerit opus. Aduerte tamen, tale Martyrium non cenferi actum Fortitudinis; sed solum est externa professio habens priuilegium, sicut in infantibus.*

DVBIVM III.

Quando Martyrium conferat gratiam?

Caietani opinio re-
futatur.

Caietanus 2. qu. 124. ar. 4. insinuat dari in primo non esse, id est, in primo instanti quo homo non est, & anima non informat corpus: putat enim tunc Martyrem mereri. Sed hoc non videtur probabile. Nam hoc momentum nõ pertinet ad statum vie; homo enim tunc non est: vnde non habet amplius statum merendi. Et Cõfirmatur; Quia alioqui fieri posset, vt qui tota vita nec fidem, nec gratiam, nec meritum habuit, incipiat hæc habere post hanc vitam: quod non est consentaneum Scripturis, quibus dicitur *Recepturū quemque prout gessit in corpore.* 2. Corinth. 5. v. 10. Et, *Vbi lignum ceciderit, ibi fore, siue ad Austrum, siue ad Aquilonem?* Ecclesiastæ c. 11 v. 3.

Dicendum ergo est, Si datur vltimum instans vitæ, valdè credibile est tunc dari gratiam Martyrij; nam tunc est terminus Martyrij. Consentaneum autem est, vt conferat gratiam in termino quo completur; sicut Sacramenta eam conferunt in termino quo complentur. Quòd si non datur vltimum instans vitæ, probabilis est dari paulò antè separationem animæ, quando ex vlnneribus necesse est mortem sequi. Ita Vega lib. 6. cap. 37. Credibile autem est eum diuinitus postea custodiri vsque ad instans mortis, vt non peccet, si adhuc ratione vtitur. Quòd si contingeret talem postea diuinitus sanari, valdè probabile est fore confirmandum in gratia; sicut credendum est de iustis, qui excitantur à mortuis; ne illis hoc beneficium sit damno.

Vel datur in vltimo instanti viciae.

Vel paulò antè separationem animæ.

ARTICVLVS XII.

Vtrum Baptismus Sanguinis sit potissimus inter alia baptisinata?

51
Præstantia
Baptismi
Sanguinis.

R Espondetur Affirmatiuè. Patet hoc ex Cypriano, Augustino, & alijs supra citatis. Probatur Primò, Quia Baptismus Sanguinis, nos reddit similes imitatione Passioni Christi, à qua omnia baptisinata vim habent: reliqua verò minimè nos similes reddunt.

Secundò, Quia Ecclesia festa Martyrum celebrat: ergo per Martyrium confertur maior gratiæ mensura, quàm per Baptismum Aquæ. De quo quidam non rectè dubitauit. Quod etiam ex eo patet, quòd detur Martyribus *Aureola*; id est, singularis quædam gloria, distincta ab illa communi & essentiali: *Aureola* autem non datur sine maiori gratia.

Baptismus tamen *Aquæ* in eo excellit, quòd *Aquæ* Characterem imprimat, & sit Sacramentum.

Baptismus *Flammis* multorum iudicio superat *Flammis*, Baptismum *Aquæ* in hoc, quòd maiorem gratiæ mensuram conferat; quia in illo iustificatur homo per propriam dispositionem. Et hoc est admodum probabile, præsertim quando dispositio seu actus charitatis est multum intensus. Valdè enim verosimile est paruulos post Baptismum morientes, fore infimos in gloria: quia nihil ad suam salutem proprio conatu contulerunt.

QVÆSTIO LXVII.

De Ministro Baptismi.

In Octo Articulos diuisa.

ARTICVLVS I.

Vtrum ad officium Diaconi pertineat Baptizare?

Non pertinet id ad eum ex officio.

R Espondetur, Non esse Diaconi ex officio; sed solum ex commissione Sacerdotis vel Episcopi. Prior pars patet. Quia Diaconi tantum est ministrare Sacerdoti in Sacramentorum dis-

penfatione & sacrificio; vt patet ex nomine, quod *Ministrum* significat: ergo ex officio non potest baptizare. Idem expressè docet Clemens lib. 3. Cõstitut. Apost. cap. 11. & Gelafius canone *Diaconos*; distinctione 93.

Quòd autem possit ex commissione, etiam solemniter; Probat, Quia in ordinatione eius dicitur, quòd debeat baptizare & prædicare: quod tamen non sic intelligendum est, quasi per ordinationem efficiatur ordinarius minister Baptismi; sed

Sed ex commissione.